

1702.

1. Bierling, Christian Michaelus: *No causis: cur nomilli
eruditii nihil in lucem emiserint?*
2. Restorius, Henr. Dr.: *De jure humaniori Codicis.*
3. Restorius, Henr. Dr.: *No summis in imperio Romano-
Germanico personis etiamque officiis et iuribus.*
4. Restorius, Henr.: *De pietate in iure*
5. Coelnius, Henr. Dr.: *De jure singulare*

1703.

1. Restorius, Henr. Dr.: *Ielana Caprina.*
occa. 1.703 gff. 10.943.

^{3rd} 1st Indexingius, Cuvier: *De eo, quod justum est
et ea consensum minoris partis, ut non licet alii
stat majori; nec majori minori praediscere
valeat.* 2 Sept 1703 - 1743.

^{3rd} 2nd Jellius, Hermannus: *Thema: quod similes inter rem
enim non reguntur ad proctis retributio non agi
potest?* 28 Sept 1703 - 1744.

1704.

1. Kesturus, Henr. Sm: De rebus jureculis
2^a.t Kesturus, Henr. Sm: De jure commagii

1705

1. Kesturus, Henr. Sm: Minutum Therium controver-
sarium . . .
2. Kesturus, Henr. Sm: De Romanum, deficiente jure
statutariorum et provinciali, non esse abhinc tam
in causis, ali interpretationis aut acquisitionis repugnat.
3. Zellius, Hermannus: Recum reservatio

1706

1. Engelbrecht, Johes. Wilhelmus: De jure polosarum
capitalium in domicilio doloso . . .
2^a.t Kesturus, Henr. Sm: De iuris prudentia regis
Iuridis in psalmo XV.
3. Kesturus, Henr. Sm: De testementis personarum
Illustrium . . .

1709.

1. Kestner, Henr. Dom: Omne ius esse ius reale.
2. Kestnerus, Henr. Dom: Tractatio ius. Iuris, contractus
casum practicum cum rationibus contractibus et deci-
dendi.
3. Kestner, Henr. Dom: De naevis quatuor dan circa
materialia de pactis
4. Indelingius, Curatus: De iuramentis nullis.
5. Zallius, Hermann: De genere intellectu legi &
de heret. vel. acs. vend. contra communem
interpretationem et sententiam: quasi ven Dho
nomini tantum verum non bonum non praestare
sensatur.
6. Zallius, Hermann: De processa præstacione
res debital.

179. *des gegenwärtigen und der Zukunft.*
1. *Lebens, für*
2. *anderer, und der Gesellschaften und*
3. *der Erziehung und des Bildungswesens*
170. *und der Bildung und der Erziehung*
1. *der Erziehung und des Bildungswesens*
2. *der Erziehung und des Bildungswesens*
3. *der Erziehung und des Bildungswesens*
171. *und der Bildung und der Erziehung*
1. *der Erziehung und des Bildungswesens*
2. *der Erziehung und des Bildungswesens*
3. *der Erziehung und des Bildungswesens*
172. *und der Bildung und der Erziehung*
1. *der Erziehung und des Bildungswesens*
2. *der Erziehung und des Bildungswesens*
3. *der Erziehung und des Bildungswesens*
173. *und der Bildung und der Erziehung*
1. *der Erziehung und des Bildungswesens*
2. *der Erziehung und des Bildungswesens*
3. *der Erziehung und des Bildungswesens*

P 524

DISSE^{1705,36}
TATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA,
DE
CENSV RESERVATIVO,

GERMANIS:

Von bedungenen Erbzinsen, deren Erhaltung und Ver-
lust, auch andern daben vorkommenden rechl. Fällen.

Q V A M
S V B P R A E S I D I O

DN. HERMANNI ZOLLII,

ICTI, CONSILIARII HASSIACI, AC PROF. IURIS PRIMARII,
IN ACADEMIA HASSO - SCHAVMBVRGICA,
LONGE CELEBERRIMI,

P R O
GRADV DOCTORALI,

DIE DECEMB. ANN. MDCCV.
PVBICAE ERVDITORVM DISQUISTIONE
S V B I E C I T

IO. CHRISTOPH. GRVSEMANNVS,

HESENSTEINENSIS HASSVS.




NVNC, OB MATERIAE IN PRAXI FORI FREQUENTIAM, RECVSA.



I E N AE,
PROSTAT APVD I. B. HELLERVUM, 1754.

OTTO

OTTO



I. N. D. N. I. G.

Cum mihi pro *Licentia disputaturo*, ex more omnium Academiarum recepto, argumentum aliquod publice ventilandum sit, operæ pretium esse duxi, ex variis & infinitis juris nostri materiis argumentum præsens de censu conservativo, utpote quod in foro frequens adeoque scitu necessarium & utile est, eligere, & de eo pro modulo ingenii mei usitata apud J Ctos methodo per causarum genera, breviter differere. Cum ergo differentes de aliquo argumento ante omnia de vocum origine & genuina significatione solliciti esse soleant, vestigiis quoque hisce insistam.

§. I.

Sciendum itaque est vocabulum census à CENSENDÔ descendere, quod olim A 2 præ-

prædia aliaque bona censeri solebant, de quo ad sequent. §. Verum acceptio verbi census in hac materia, nempe pro certa quadam pensione, quæ alicui privato solvitur, valde improprie sumitur, cum ex tali negotio prædia non censeantur, nec ultra fiat estimationatio aut peræquatio, *Valascus thesaur. jur. emphyt. quest. 32. n. 7.* Appellatio tamen hæc procul dubio inde invaluit, quod, dum & hic pensio illa persolvitur in memoriam, & quasi in recognitionem antiqui dominii collati, veteri illi censi, qui in recognitionem dominii universalis solvebatur, suo modo similis videatur, vid. *Frantz. de laudem. c. 10. num. 36.*

§. II. Significationes vero vocabuli quod attinet, illæ quam variae sunt, quarum primarias narrabo: Primo census significat Patrimonii & facultatum estimationem, secundum quam portio ex facultatibus nostris ad sustinenda Reipublicæ onera pendit, nobis dicitur: *Steuer.* à contribuendo: *Vom Zisternen:* Sicut census apud Latinos à censendo seu estimatione, *Gail. lib. 2. observ. 52. n. 2. Job. Brunnemann. repet. paratit. VV. sensib. ad tit. ff. de cens. quest. 1.* Unde etiam Censores dicti, qui censabant bona censumque exhibebant, l. 4. §. 1. ff. de Cens. Quisnam autem istum

istum censum, h. e. estimationem bonorum personarumque primus instituerit, & ob quam causam, vid. Gail. d.lib. 2. d. obs. 52. n. 2. Dionys. Halicarnass. lib. 4. Secundo Census nomen denotat ipsum patrimonium, eo quod censeri vel estimari solet, ut intelligatur quantum quisque, immidente necessitate, contribuere debeat, l. cogi ff. ad Trebell. l. de creationibus C. de Episcop. aud. vid. Frantz. de laudem. de cap. 10. n. 19. Tertio quoque significat ipsum tributum quod penditur, l. 4. §. 9. ff. de cens. l. rei annonar. C. sine censu vel reliquo fund. compar. Hac etiam significatione sumitur dictum illud apud Matth. c. 22. Licetne Cesari dare censum vel non? Estque talis census duplex, capitatis scil. & soli seu bonorum, ille viritim ratione personarum per capita, hic vero de praediis, pratis & aliis bonis praestabatur, Martin. de Jur. Cens. c. 1. n. 8. Plane in hoc sensu accipitur census in toto ferme Jure Civili, & inde quoque est, quod magistratus, qui hujusmodi censibus hoc est tributis exigendis ac distribuendis praesuerunt, per equatores ac censitores vocabantur, l. 5. C. de Cens. & Censit. & per aquat. Valasc. thesaur. jur. emphyteut. d. quæst. 32. n. 1. Quarto census quandoque sumitur pro libro sive tabulis, quibus bona censualia

sunt inscripta, l. cens. ff. de probat. Germanice ap-
 pellantur Steuer-Stock, Steuer-Register, vel et-
 iam Saal-Bücher, à Sala, id est aula, quod in il-
 lis prædia, quæ aulae regiæ censum præstant, sunt
 descripta; Joān. Aventinus anal. Bojorum lib. 4.
 in princ. Quinto verbum census generaliter in
 Jure Canonico accipitur pro omni eo, quod an-
 nuatim præstat, sive in recognitionem subjectio-
 nis, sive ob aliam justam causam, ut docet Valasc.
d. quæst. 32. num. 6. Frantz. *dict. cap. 10. num. 29.*
 Sexto denotat contractum aliquem Censualem,
 qui in primis in Gallia & Francia est usitatus, de hoc
 vid. §. ultim. & Frantz. *d. c. 10. num. 37.* & seqq.
 qui eleganter hanc materiam tractat. Septimo
 accipitur pro Jure percipiendi pensionem seu redi-
 tum, alicui venditione similive titulo constitutum,
 qui census vocatur constitutivus seu consignati-
 vis, vid. Martin. *de Jure Censuum*, qui de hocce
 censu integrum scripsit tractatum. Est autem ta-
 lis vel personalis, qui scil. constituitur in persona
 solius censiti le obligantis ad certam pensionem ci-
 tra respectum ad aliquam rem; vel realis, qui su-
 per re immobili constituitur, ita ut respectu illius
 debeatur, Struv. *Syntagm. jur. feudal.* *cap. 2. p. 72.*
 Denique octavo significat censum reservativum,
 quan-

quando scil. Dominus in re sua sibi reservat annuam pensionem, ab eo, in quem res translata, solvendam; *juxta cap. 6. X. de Religios. dom. § 1. fin.*
C. de Rer. permut. & talis acceptio est hujus loci.

§. III. Describitur autem quod sit jus percipiendi certam annuam pensionem, in re prorsus in accipientem translata, reservatam, in recognitionem pristini dominii.

§. IV. In qua descriptione jus, uti persæpe alibi jure nostro, potestatem seu facultatem jure concessam denotat, prælertim, cum verbum percipiendi ei hic sit adjunctum, tum enim, quando semper jus ejusmodi faciendi vocem annexam habet, aliud sensum, tam jure nostro quam etiam apud omnes latine loquentes, haud admittit, veluti cum dicimus: jus eundi, agendi, utendi, retinendi, testandi, &c. Accedit, quod ipse census in sensu formaliter ipsum jus seu facultatem capiendi censem designet, *Frantz. de laudem. c. 10. num. 34.*
Molin. disput. 382. n. 3. Alias is quoque materialiter pro ipsa pensione accipi potest, *test. Carpzov. Part. 2. conf. 39. defin. 1.* Hinc censem sibi reservingans potius jus ipsum, quam redditum, sibi reservare voluisse videtur, *Martin. de jur. cens. c. 1. n. 27.*
Bartholom. Chassan. in consuet. Burgund. rubr. 21. tit. de sens.

§. V.

§. V. Porro in ista descriptione merito succedunt ea verba, *certam annuam pensionem*, quoniam non solum materiale, sed quoque ejus certitudinem comprehendunt, ut constet quid, quale, quantum domino census sit præstandum, modo ea sit modica, ne forte, deductis expensis pro laboribus, fructus rei æquet vel superet, nemo enim plus sibi in re reservare potest quam ipse habet, *C. nemo de R. I. in 6.* Estque illa pensio regulariter annua, i. e. finito quolibet anno exigi potest, *Frantz k. d. c. 10. num. 30.* regulariter inquam, nam quodsi partes ab initio inter se convenirent, ut singulis forte solveretur mensibus, nullum plane est dubium, quin talis valeret conventio, *I. ult. C. de rer. perm. art. 3. §. 3. instit. de locat.* At, cum hic de pensione dicatur, quæro, an ob insolitam annorum sterilitatem ac calamitatem remissioni locus sit, in primis, si censitus nullos vel valde exiguos percipere possit fructus? Quod Doctores communiter negandum simpliciter autumant, tum, quia pensio hic non præstetur principaliter ob usum rei, ut in locatione merces, tum, quia nec in emphyteusi ob particularem deteriorationem, sterilitatem incursumque hostium canonis fiat liberatio, *novell. 7. l. 1. C. de jur. emphyt.* Verum *Mervius part. 9. decis.*

decis. 84. hac de re mitiorem exponit sententiam, dum statuit, quod, si censitus, citra suam culpam, propter belli calamitates aliquosque casus fortuitos, non tantos possit percipere fructus, quanta debetur pensio, eo in casu census non debeatur ultra exigi, quam fructus nascitur, rationem subjicit, quoniam censitus non personaliter est obligatus, sed propter rem & ex re, ideo nec aliter, quam ratione illius rei, convenitur, & sic minime, si nihil vel non satis inde suppetit, de suo obligatur. *vid. Mev. d. l.* Cujus sententia æquitati haud videtur inconveniens.

§. VI. Nec potui omittere paucas has voces: *In re.* Etenim census seu pensio reservatur à Domino in ipsa re transferenda, habetque se ideo instar oneris realis, rei perpetuo inhærentis, *Mev. part. 4. decis. 403.* Et sic differt à Censu constitutivo, qui non semper rebus, sed quandoque etiam personis, imponitur, *Martin. de jur. cens. cap. 2. num. 16. vid. §. 19.* Quemadmodum autem onera realia, tanquam rei affixa, ad quosvis transeant possessores *l. si debit. 12. C. de distract. pign.* non tantum ita, ut in futurum debeantur, sed etiam si quæ tempore præterito debita ac non præstata fuerint, novo possessori incumbant, *l. cum possessor §. fin. ff.*

B

de

de cens. l. Stichus 20. ff. de alim. legat. Valasc. d. qu.
32. num. 14. Ita quoque census ab omni possessore,
ad quem res postea peruenit, tam ratione p̄
teriti, quam futuri temporis debetur ac exigi pot
est, Valasc. d. l. Siquidem in eo tributis similis,
ut jam diximus. Nec novo possessori rei censit
icæ exceptio excusonis competit, Mer. dict. decif.
403. Nam inter Dominum ac Censitum nulla est
personalis obligatio, hinc si censitus, in quem ab
initio res translata, rem non amplius possideat, sta
tim obligatus esse definit, Valasc. d. l. Martin. de
jur. cens. c. ult. n. 117. qui Martin. quidem scripsit,
tantum de censu constitutivo, at nos de reservati
vo agimus, verum, cum inter hæc magna interce
dat affinitas, ideo s̄epe à constitutivo ad reservati
vum argumentari licitum est, quod hic obiter & in
parenthesi quasi notandum, vid. §. 12. Certissi
mum itaque est, omnes rei possessores conveniri.
Sed quid, si prædium inter plures dividatur hære
des, vel ad alias singulares possessores perueniat,
poteritne Dominus census adversus unumquem
que in solidum agere, an vero singulos pro rata
convenire debet? In hujus quæstionis resolutione
Dd. inveniuntur discordes, nam sunt qui censem
singulos possessores pro rata ejus partis, quem te
nent,

22) ii (23

nen, confessoria a^ctione esse conveniendos, ideo^z quoniam census, tanquam onus reale, extensus in totum prae*dium*, ita quidem, ut totus sit in toto, non vero totus in singulis partibus, sed pars in parte, *vide Martin. de jur. cens. cap. ult. num. 130.* cuius partes defendunt Dd. ab ipso allegati. Alii vero contrarium, & quod cujuscunque rei possessor singularis in solidum pro censu conveniri possit, estimant, moti potissimum duabus rationibus, prima, quia Domini conditio ex multiplicatione non debet fieri deterior, quod contingeret, si a pluribus pro rata censem exigere teneretur, nam exactio partium lape non minima habet incommoda, *Vas. d. quest. n. 15.* Secunda, quia per fundi vestigalis divisionem vestigal non dividitur in pra*judicium* ejus, cui debetur, sed totum ab eo, qui partem possidet, peti potest, *i. commun. divid. ff. de commun. divid. Navarr. cap. 14. quest. 3. n. 114.* Quamvis autem priori sententiae magni faveant Doctores, attamen, posterior non solum videtur verior per leg. cum possess. ff. de cens. & d. i. comm. divid. Sed etiam in praxi citra dubium obtinet, quippe certo certius, quod hodie questores soleant prae*dii* censitici possessores in solidum pro annua pensione convenire, etiam si nonnullæ præ-

dii partes ad alios singulares possessores transierint.

§. VII. Multo minus proxime sequentia hæc verba : *Prorsus in accipientem translata.* Quoniam in tali contractu dominus census, germanice *der Zins-Herr*, utrumque rei dominium, tam scil. utile quam directum, (*vid. tamen §. 16.*) omneque jus in Censitum, germanice *der Zins-Mann*, transfert, adeo, ut nil plane penes ipsum remaneat, præter jus percipiendi ex re annuum censum. *Lauterb. compend. jur. tit. siager vœtig. p. m. 124. Carpzov. part. 2. const. 39. def. 1. Struv. syn- tagm. jur. feud. c. 2. p. 68. & seqq.* Quanta autem exinde profluant consecaria, ad §. 17. late dicetur. Apparet igitur satis, differentiam inter bona censistica, & bona emphyteutica, esse manifestam, quippe in his utile solummodo dominium in emphyteutam transeat, directo apud Dominum permanente, *l. 1. ff. siager. Lauterb. compend. jur. tit. si ager, p. m. 120.* Errat itaque *Andr. Tirag.* statuens, omnem horum bonorum differentiam in delvetudinem prorsus abiisse, hodieque Emphyteuleos & Censitici contractus promiscuum esse usum, qui ob id recte reprehensus à *Carpzovio*. Quomodo autem emphyteusis & Census porro inter se differant, *vide §. 17.*

§. VIII.

§. VIII. Quod in dicta descriptione superest: *Reservatam nempe in recognitionem pristini dominii*, priorem hujus juris effectum magis magisque declarat, videlicet rem censiticam plenissime transire in censitum, ac remanere Domino nihil, praeter annuam pensionem. Præstatur autem talis pensio in recognitionem, non præsentis, sed tantummodo pristini dominii, i. e. in memoriam rem à Domino olim ad Censitum pervenisse, & quoniam ejusmodi census specialiter reservari solet, hinc dictus fuit reservativus, *Struv. syntagm. jur. feud. c. 2. p. 72.* In eo igitur à reservativo differt census constitutivus, quippe qui non reservatur in re nostra, sed potius emptione, vel alio justo titulo interveniente, in rebus alienis constituitur, *Mart. de jur. cens. c. 3. n. 1. Et seqq. vid. §. 19.*

§. IX. Exposita sic satis descriptione, trans eo nunc ad divisionem. Dividitur autem Census reservativus, ratione materiæ, in ecclesiasticum & secularem, ille in rebus ecclesiasticis reservatur, secundum c. 6. X. de religios. dom. hic vero in rebus profanis. Deinde ratione rei dividitur in pecuniarium & fructuarium; pecuniarius solvit in pecunia numerata, fructarius vero pendit in fructibus, e. g. in instrumento, vino, oleo, &c. *vid. dict.*

Martin. c. 3. n. 104. & seqq. Mev. part. 9. decis. 84.
 Porro ratione temporis census est vel perpetuus,
 vel temporalis; temporalis dicitur, qui non in
 perpetuum, sed ad tempus usque est solvendus.
 Evidem non negandum censum sua natura esse
 perpetuum, ac rei semper manere affixum, Mev.
 d. decis. 403. exinde tamen non inferre licet, quasi
 nunquam posset ad tempus constitui, siquidem in
 arbitrio est contrahentium, quomodo contrahere
 velint, & quemadmodum liberum est, rem suam
 tradere & non tradere, ita & in alieius est potesta-
 te rem tradere sub lege pensionis, non perpetua,
 sed temporalis tantum, præstandæ. Denique ra-
 tione pactorum, quæ censuali contractui, ut cui-
 vis alii, adjici queunt, census alias simplex seu pu-
 rus, alias cum pactis seu impurus dicitur. Purus
 nuncupatur, qui pure & simpliciter absque ullis pa-
 ctis, impurus autem, qui certis appositis pactis re-
 servatur, idque ad exemplum stipulationis, vendi-
 tionis, aliorumve contractuum, qui omnes eodem
 celebrari possunt modo §. omnis stipul. inst. de ver-
 bor. oblig. §. emtio inst. de empt. & vendit.

§. X. Transeo porro ad causam efficien-
 tem, quæ est vel remota, vel proxima; Remota
 sunt in primis diurnæ consuetudines, ac antiqua
 statuta,

Statuta, quibus jus Censuale frequentatum ac stabilitum, Ludov. synops. jur. feud. c. 2. p. 33. in verb. moribus. Extat quidem expressus textus in Jure Canonico, nempe C. constitutus 6. X. de relig. dom. quem ad censum commode applicari posse Dd. statuunt, ut Gloss. ad d. c. 6. Frantz. d. c. 10. n. 30. Corbulis de jur. emphys. c. 15. p. 575; qui ibi allegat Imol. in C. audiencem sub n. 4. de reb. eccles. non alien. dicentem, quod verbum illud in dicto C. constitutus 6. [in emphateus] exponatur [in concessione censualem] & verbum [sub annua pensione] exponatur [sub annuo censu] propter subjectam materiam, & quia mens potius inspicienda quam verba arg. l. insulam ff. de prescript. verb. Et l. scotei C. locat. Verum, cum d. cap. constitutus 6. non solum magna ponderatione egeat, Corbul. d. loc. Sed etiam ad census naturam accurate investigandam, eamque ab affinis bene discernendam insufficientis videatur, igitur potius, partim ad antiquos mores, partim etiam, ad Constitutiones Electorales Saxonicas, aliaque statuta configendum existimo; Interim censum reservativum iuri nostro Civili non prorsus incognitum esse, apparet ex l. final. C. de Rer. Permut. Causa proxima vero est voluntas ac consensus partium, hoc modo contrahentium,

§. XI.

§. XI. Contrahere autem ac negotium census omnes, quibus res suas in accipientes transferre est permisum; Cum autem per tales traditionem rei transferatur dominium, oportet, ut tradens versus etiam sit Dominus, ne in alium transferre voluisse videatur, quod ipse non habet. Libera præterea requiritur suarum rerum administratio ac alienatio, argum. l. fin. C. de reb. alien. non alien. Non poterit igitur Prælatus, absque consensu capituli, bona ecclesiastica sub lege annuae pensionis alienare, quia ipsi bonorum administratio non vero alienatio concessa, c. 5. X. de reb. eccl. alien. Nec tutor vel curator bona minorum, nisi interveniente magistratus decreto causæque cognitione arg. l. 12. C. de præd. minor. Maritus equidem constante matrimonio fundi in dotem dati dominus est, eam tamen alienare leg. Julia prohibetur. Pariter excluduntur, qui natura res suas administrare impediuntur, ut mentecaptus, furiosus, surdus & mutus, arg. §. 3. & 4. j. de Curat. A parte Censuum vero censum promittunt omnes, qui se valide obligare queunt, non igitur pupillus minorque, absque tutoris vel curatoris consensu arg. l. 9. ff. de autb. & conf. tut. & curat. Princ. inst. de autb. int.

§. XII.

§. XII. Videamus quibus in rebus Census reservari possit; & sunt in primis res immobiles, & quidem tales, quæ commoditatem, utilitatem seu fructum aliquem adferre præbereque valent, arg. c. 1. & 2. de empt. & vendit. in extravag. commun. Ubi nominantur res fructiferæ, in quibus census constitutivus constituitur, ab hoc autem ad reservativum argumentatio procedit, cum plerumque utrobique eadem ratio & consequenter idem jus, Valasc. de quest. 32. n. 8. vid. §. 6. Excluduntur itaque non solum res fructus proferendi plane inhabiles, siquidem ex his pensionem percipere vanum esset ac inane, vide Conrad. de contract. tract. 4. quest. 72. concl. 2. Sed etiam res illæ, quæ usū consumuntur, ut sunt: pecunia, frumentum, vīnum &c. Ratio, quia nec in his jus, quod dominus sibi reservat, considerari potest, nisi fuerint in statu fructificandi, puta si frumentum, oleum &c. exposita sint negotiationi, quo casu contrarium docet Martin. de jur. cens. c. 4. n. 5. Sed quid de animalibus fructiferis, e. g. vaccis, capris, ovibus &c. dicendum, suntne illa ad objectum census referenda? Quod affirmandum arbitror, modo id capiatur de censu temporali, etenim perpetuus in rebus moventibus, cum ejusmodi res intereant ac

C

cor.

corrumptantur, reservari nequit, vid. Medin. de usu
fruct. quest. 11. Coroll. 5. Excipitur tamen grex
vel armentum, cui census etiam perpetuus com-
mode imponitur, quippe armentum nunquam
pereat; licet particularia animalia interire soleant;
arg. l. proponebatur ff. de judiciis. Ex jam dictis in-
fertur, censum regulariter in fundis cultis, non ve-
ro sterilibus constitui, hinc si quis fundum sterilem
colendum pro certo canone vel censi concederit,
confectis super eo literis, videbitur etiamnum ho-
die contracta emphyteusis, non censualis contra-
ctus, licet verbis expressis dominium directum
concedenti reservatum non fuerit, *Carpzov. part.*
2. const. 39. def. 7. modo tamen non aliter inter par-
tes conventum fuerit; dant enim conventiones le-
gem contractibus. *l. 1. §. si convenerit ff. depositi. l.*
contractus 23. ff. de R. I.

§. XIII. Eodem modo quo transferri pot-
est dominium, census reservativus quoque consti-
tutur, fit autem hoc plerumque per contractum
principaliter hujus gratia celebratum, vel per pacta
aliis contractibus in continent adjecta. Prius con-
tingit, quando videlicet res datur ob causam, ut
accipiens, quod placuerit, annum praestet, talis
conventio expresse approbatur in *l. fin. C. aererum*
per-

permitt. Posteriori vero modo, omnibus in causis, quibus rerum transferuntur dominia, per pacta in continent adjecta census reservari potest, & tunc negotium censuale habetur pro appendice quadam aliorum contractuum. Singulas autem illas causas, quibus eiusmodi pacta in continentia adjici queunt, hic recensere nimis prolixum foret, adducam tamen unum aut alterum exemplum, quorum (1.) delumam ab emtione venditione, si minimus dominus rem suam alicui vendit traditque, reservato tamen sibi jure percipiendi ex re annuam pensionem. Tale pactum, venditioni statim adiectum, valere ac contractui inesse, non est dubitandum. arg. l. 7. §. 5. ff. de pact. l. 75. & 79. ff. de contr. empt. l. 2. C. de pact. int. emptor. l. 12. ff. de presc. verb. l. 6. ff. de rescind. vendit. (2.) A titulo Dotis, quando nempe dotem constituens in re dotali annum reservat censem. Ejusmodi pactum quoque licitum est, cum quisque suarum rerum sit moderator ac arbiter. l. in re mandata C. mandat. (3.) A transactione, puta si duo de praedio litigent, & lis transactione hoc modo finiatur, ut alter prae dium tradat, alter vero ad annuam præstationem se obliget, quod per transactionem fieri potest, si quidem aptus est titulus exceptionem litis finitez

C 2 pariens.

pariens. l. fratri & l. ut respons. C. de transact.
 (4) A Permutatione, quando predium exigui va-
 loris, cum prædio forte majoris pretii permutatur,
 tum enim Dominus prædii carioris, obtinendæ æ-
 qualitatis causa, ab altero annuam sibi reservare
 potest pensionem, Valasc. d. quest. 32. n. 29. Quan-
 doque etiam in ultima voluntate titulo hæredis, fi-
 deicommissi vel legati jus census relinquunt, ut
 potest testator leget rem, cum onere, ut legatarius
 ex re alicui annum præstet cennum, qui censu tam
 non tam reservativus quam constitutivus, le-
 cundum ea, quæ supra sunt dicta, esset nuncu-
 pandus.

§. XIV. Inter modos comparandi Cen-
 sum haud in merito quoque referri debet præscri-
 ptio. Antequam autem hanc attingamus, quæ-
 stio erit præmittenda: Utrum census inter bona
 mobilia, an immobilia, sit ponendum? Ad quam
 quæstionem breviter respondemus: quamvis cen-
 sus proprie loquendo nec mobilibus neque im-
 mobilibus annumerari queat, sed tertiam consti-
 tuat bonorum speciem ac classem, l. à div. pio §. in-
 vend. de re judicat. l. quam Tuberon. §. 4. ff. de pecul.
 Ratio, quia mobile & immobile corporibus tan-
 tum attribuitur, census autem jus quoddam, adeo-
 que

que res incorporea est, undeque nec mobilis neque immobilis proprie dici potest, vid. Lauterb. compend. jur. tit. de R. D. p. m. 21. Attamen, si illum ad alterutram speciem reducere simus solliciti, non negandum immobilium potius quam mobilium naturam induere, Clement. ex iiii §. cumque ann. redit. de verb. signif. L. jubem. C. de SS. Eccles. Gail. 2. O. 10. Capiendum id tamen est de censu super rebus immobilibus constituto, secus enim esset, si rebus mobilibus, velse moventibus fuerit impositus, nam juxta fundamentum, hoc est rem, in qua reservatur, censu estimari debet, Martin. de jur. cens. c. 1. n. 100. Sicut & alia jura pro diversa ratione rerum, quibus inharent, jam mobilia, jam immobilia putantur. Gail. l. 2. observ. 11. Hicce præmissis, ad ipsam præscriptionem progedior, qua mediante jus census acquiritur. Dicitur autem illud acquisivisse is, cui justo temporis spatio, singulis annis pensio jure census est præstata, Conrad. Sommerhard. quest. 79. concl. 1. modo pensiones fuerint uniformes, secus vero, si dissimiles solutæ, Martin. c. 3. num. 96. Sed quantum temporis spatium ad hanc præscriptionem sit necessarium, inter Dd. non convenit; nonnulli enim longum tempus, alii vero longissimum requirunt;

quorum discordiam ad concordiam reducit *Co-*
varr. C. Posse formal. fid. 2. part. §. 4. n. 2. 3. & 4. de-
R. I. in 6. Martin. c. 3. n. 73. & seqq. qui ibidem late
 docet, eodem modo jus census præscribi posse,
 quo alia jura præscribuntur. Quemadmodum
 autem aliquis ex annua pensionis præstatione sibi
 legitimo tempore facta, præscribit jus census, sic
 etiam vice versa is, qui bona quædam, eorum no-
 mine in singulos annos certam ac uniformem pen-
 sionem solvendo, per 30. forte annos tenuerit,
 contra actorem, ea tanquam bona locata repeten-
 tem, præscriptionis exceptione se tueri poterit,
Carpz. p. 2. conf. 40. defin. 1. Etiam si talis posses-
 sor titulum docere non possit, nam in 30. annorum
 præscriptione titulus non requiritur. *l. 8. §. 1. C. de*
præscript. 30. annor. l. cum notiss. eod. Modo sit in
 bona fide constitutus, siquidem dispositione Juris
 Canonici mala fides omnem excludat præscriptio-
 nem, *cap. ult. cap. si diligent. 17. cap. vigilantis. X.*
de præscr. Sufficit tamen bonam fidem allegari,
 quia cursu temporis longissimi præsumitur, ita ut
 allegans eam probare non teneatur, *Coler. ad C.*
ult. n. 39. X. de præscript. At quid, si actor possit
 ostendere quod bona illa, quæ possessor Censitica
 esse contendit, à le, antecessoribus suis, titulo
 loca-

locationis olim possessoribus fuerint concessa pro certa mercede? Sane tunc nilquicquam juvaret possessorem præscriptio, sed ex bonis locatis expelli posset, *Carpz. p. 2. d. conf. 40. d. 2.* Quoniam tum de ejus mala fide constat, in qua probatione conjecturæ quoque prodere queunt.

§. XV. De forma negotii Censualis non opus est prolixa facere verba, cum ex supra passim dictis latis pateat, eam unice consistere in eo, ut res in accipiente plenissime transferatur, cum onere, Domino annuam pensionem solvendi, *vid. §. 7. 8. Et 13.*

§. XVI. Agamus nunc de effectibus. Suntque tales vel primarii vel secundarii, de illis hic, de his vero *seq. §.* dicemus. Consideramus autem eos, quatenus spectant vel ad Dominum vel ad Censitum. Effectus Dominum spectans est jus percipiendi reservatum Censem. Censitum vero, quod is utrumque rei dominium per ejusmodi contractum nanciscatur. Dico utrumque dominium, nam regulariter & secundum negotii censualis naturam, non solum utile, sed etiam directum in Censitum transit dominium. Non possum tamen hic silentio præterire, quod quandoque,

que, propter conditionem rei, utile tantummodo
dominium per censualem contractum transferri
videatur, si nimis de re feudalī à Vasallo cum
quodam tale sit initum negotium. Evidet, si
antequam feudum alteri concessum, bona censi-
tia fuerint in aliquem translata, & hæc postea cum
aliis bonis cuidam in feudum dentur, nil quicquam
censito aufertur, in vasallumque nil, præter jus per-
cipiendi censem, transit, adeoque plenum Domi-
nium retinet Censitus; Sic porro, si feudo jam
constituto, vasallus prædium aliquod ad feudum
pertinens alicui per ejusmodi contractum, Domi-
no feudi in eam alienationem consentiente, tradat,
solo censu, & nullo alio, quam quod natura hujus
negotii requirit, reservato, nil obstat videtur,
quo minus plenum Dominium in Censitum ve-
nire possit; Superius itaque accipendum eo de
casu, quando vasallus fundum feudalem sub præ-
statione census, & quidem absque consentiu Do-
mini, (quod secundum mores aliquando proce-
dere suppono) in aliquem transtulerit sibi censum
relevaverit, tum sane nihil aliud quam utile
dominium poterit esse translatum, ut in terminis
doceat Struv. Syntagm. jur. feud. c. 2. p. 71. Ratio
hæc est: quod Vasallus plus juris in Censitum
trans-

transferre non potuerit, quam ipse habuit, *vid.*
Frantz k. d. c. 10. n. 80. qui *Frantzkius* adducit ex-
 emplum ejusmodi concessionis à valallo factæ,
 dum paulo ante dicit, se semper fuisse persvasum,
 quod bona illa, quæ in Saxoniam *Bauern-Güter*
 appellantur, pleraque ex feudis nobilium subditis
 fuerint concessa, cum Censiti in istis bonis tantum
 habeant utile dominium, non directum, sed in hu-
 jus recognitionem Dominis, quoties bona alie-
 nantur, laudemia solvere cogantur, *d. Frantz k. d.*
c. 10. num. 64. Aliter tamen de dictis *Bauer-Gü-*
terni sentit *Bernhard Bertram Cancellario Saxonii-*
cus, scribens, apud se certum esse, bona rustico-
 rum omnia, primitus censualia proprie sic dicta,
 adeoque ab omni laudemio libera fuisse, sed ex
 postfacto avaritia dominorum, & patientia subdi-
 torum, laudemia ad jussum illorum solventium,
 quodammodo esse commutata; Utra autem sen-
 tentia hac in re præponderet, alterius judicio relin-
 quo. Interea obiter hic monendum, quod jus per-
 cipiendi censum, etiam ex re proslus alienata, pro-
 pter similitudinem analogice quoque Dominium
 directum quandoque appelletur, sic nomine do-
 mini directi includitur *Dominus Census in ord. ju-*
dic. El. t. 46. §. Würde sich zutragen ic. Sirvo. S. J.
Feud. c. 2. p. 71.

D

§. XVII.

§. XVII. Primarios hosce effectus excipiunt secundarii, qui à parte Censiti variis simulque notabilis sunt; Dicuntur autem secundarii ideo, quoniam ex primario effectu, i. e. ex ea ratione, quod Censito omne jus rei, sine aliqua superioritatis recognitione, conferatur, procedunt ac profluunt. *Valasc. d. quæst. 32. n. 34.* Horum notabiliores recensebo; Ut autem id eo commodius fiat, simul differentias, inter censualem ac emphyteuticum contractum, seriatim proponam: Primo censitos potest irquisito domino, rem censiticam alienare, sine metu commissi, *Struv. syntagm. jur. feud. s. 2. p. 69.* *Valasc. d. quæst. 32. n. 31.* Secus emphyteuta, *l. fin. C. de jur. emphyteut.* Quæ tamen alienatio non omnino videtur permitta in casu, quo Censitus predium in valde minutas partes distrahere, distractasque partes varie alienare velit, talis enim distractio Domino Census multum foret damnosa, & sic ejus conditio admodum inde redideret deterior, quod fieri non debet. *vid. Martin. cap. ult. n. 124.* Hinc etiam in Hassia nostra, per Constitutionem Cameralem optime constitutum, ne prædia, ex quibus Serenissimo ejusmodi census debetur, distrahanter, v. *Ordnung Fürstl. Renth-Cammer, Rubric. von Bertheilung unter Zins-*

Bitts-Gütern. Imo in Saxonia majorem in modum Domino census est prospectum, dum per Constitutiones Electorales non solum rei distraetio prohibita, sed & insuper larcitum, quod prædiu m censuale, absque consensu Domini, nequidem oppignorari debeat, ob rationem, ne Dominus in perceptione Census ullo modo lœdatur, *vid. confit. Elector. p. 2. c. 23. Ordinat. judicial. Saxon. tit. 46. §. Wem aber einer sc. Struv. syntagm. jur. feud. c. 2. p. 70.* Alio tamen secundum jus commune oppignoratio est permissa. *Valasc. dict. quæst. 32. n. 32.* Secundo, quando bona censitica alienantur, Dominusve aut possessor moritur, regulariter nec illorum nomine investitura renovatione peti, neque laudemium solvi solet, *d. Struv. c. 2. p. 70.* In emphyteusi vero plerumque res aliter se habet, *Valasc. d. 1. Carpz. part. 2. c. 39. def. 4.* Quamquam non diffitendum, quod etiam quibusdam in locis, & in primis in Saxonia, præter regulam ratione censiticorum bonorum renovatio petenda laudemiumque præstandum sit, *Struv. d. 1.* Ast quid, si istis in locis Censitus renovationem non impetraverit, nonne poterit jure suo bonorumque possessione ob id privari? Quod negatur. *Struv. d. 1.* Cum enim talis privatio nequidem

dem propterea in emphyteusi locum habeat, *Carpzov.* p. 2. c. 38. defin. 20. Multo minus ergo in Censuali contractu, quia Censiti jus jure emphyteutæ est longe fortius. *Carpzovius* part. 2. const. 39. defin. 5. Potius igitur ob ejusmodi petitionem investituræ omissam, propter contumaciam, nempe quæ annexum habet contemptum jus dicentis, pœna arbitaria carceris vel mulctæ pecuniariæ censitus puniri debet, *Carpz.* d. 1. Tertio, Domino census in re censitica non competit jus protimiseos. *Carpzov.* p. 2. constit. 31. d. 7. Quod tamen in emphyteusi Domino speciali sanctione imperiali concessum l. ult. C. de jur. emphyt. Lauterb. compend. jur. tit. Si ager vectigal p. m. 122. Quarto, Bona censitica ob non solutum censem nunquam amittuntur, etiamsi mille annos posteriores hunc dare cessaverint, *Valasc.* d. quest. 32. n. 30. Secus est in emphyteusi, ubi contrarium expresse sanctum per l. 2. C. de jur. emphyt. *Novell.* 7. o. 3. Plane si censitus jurasset, se certo tempore censem solutum, nec tamen solvisset, privationem obtinere ejusque bona censitica auferenda esse existimat Vd. communiter, *Carpzov.* d. cap. 39. defin. 2. quod tamen non sine dubio procedere, recte dicit *Valasc.* dict. quest. 32. n. 31. Quamvis autem ob non solutum censem

censum Censitus jure suo non cadat, attamen, Dominio ad ejus solutionem nec non ad litis expensas ab ipso factas tenetur, *Constit. Elector. Saxon.* 39. §. ult. Quin & si Censitus de solutione interpellatus nihilominus contumaciter cesset, arbitrarie insuper mulcta pecuniaria vel carcere potest puniri, *Carpzov. p. 2. d. C. 39. defin. 3.* Denique censius non solvit Canonem, sicut emphyteuta, sed censem, quæ non parum ab invicem differunt, cum census ex re propria, canon vero ex aliena detur. *Martin. de jur. cens. c. 1. n. 79.* *Carpz. d. const. 39. defin. 1.* Hodie tamen promiscue his nominibus utimur. *Valasc. d. quest. 32. num. 27.*

§. XVIII. Quum igitur res Censitica propter non solutum censum haud fiat caduca, ut emphyteusis, idcirco non parum refert nosse, an censiticus, utrum vero emphyteuticus contra etus fuerit celebratus, de quo multum saepe controvertitur. Sane ex sola prædii investitura id dignosci non posse, patet exinde, quod etiam multis in locis de bonis censiticis possessores investiri soleant, *vid. præced.* §. quapropter aetus agentium, & mens contrahentium, potissimum est inspicienda; Constat autem de mente censualem contractum celebrandum, si directum dominium concedent non sive

rit reservatum, sed omne jus in accipientem translatum, si vero quis rem in emphyteusin concesserit, una cum omni iure quod sibi in illa re competeteret, & dubium postea emergeret, num emphyteusis, an vero Censualis contractus fuisset constitutus, tum verba quidem militant pro emphyteusi, at cum contraria voluntas ex eo appareat, quod omnibus in possessorum translatum, hinc certissime concludendum, non obstantibus disertis verbis, contractum esse censiticum, *Carpz. d. const. defn. 9.* quoniam voluntas semper est potior voce dicentis, *l. 7. in fin. ff. de supp. leg.* neque actus egentium ultra eorum intentionem quid operari debent. *l. 19. de reb. credit.* Sed quid, si de mente contrahentium neque ex literis neque ullo alio modo constare queat? Tunc quidem in dubio potius emphyteusin, ex constitutione annua pensionis, quae natura domini repugnat, celebratam esse, præsumi videtur, in primis in casu, ubi constiterit, quod res aliquando ejus fuerit, cui pensio solvitur. *V alasc. d. quest. 32. n. 35.* Quia non præsumitur Dominum jus omne à se abdicare voluisse, *Carpz. d. const. 39. def. 8.* Verum contrarium Electori Saxonico placuit, nempe quod in dubio magis Censiticus quam Emphyteuticus contractus sit judicandus, ad exclusum.

dendam privationem ob non solutum censum. vid.
 conf. elect. 39. §. So vielnum betrifft sc. Quam
 sententiam alias quoque receptionem dicit Menoch.
 l. 3. presump. 106. n. 3. & seqq. Valascus autem
 cum demum id recte admittit, si non constiterit
 rem unquam fuisse ejus, cui persolvitur pensio, Va-
 lasc. d. l. dictæ præsumptionis ratio vero reddi pot-
 est hæc: quod contractum interpretari debea-
 mus, ut res facilius ad suam redeat naturam, nimi-
 rum consolidationem dominii utilis cum directo,
 quod in Censitico accidit contractu, ideoque pro
 possesso stat præsumptio juris, onusque contrari-
 um probandi sic in dominum rejicitur. Carpz. d. l.
 Longe tamen aliter se habet ejusmodi præsumptio
 in materia præscriptionis, quando nempe jus per-
 petue coloniz à possessore, eo modo ut ad §. 14.
 diximus, est præscriptum, siquidem tunc bona quæ
 locata esse desiere, emphyteutica non vero Censi-
 tica judicanda, quoniam in præscriptione diversa
 adeat ratio, quippe quæ odiola, & sic extensionem
 non admittat, sed accipi debet de ea solummodo
 re, quæ illi iuri, contra quod præscribitur, proxime
 convenit, Carpz. p. 2. C. 40. def. 4. locationi autem
 vil tam simile est quam emphyteuticus contractus,
 Franc. Balb. de prescript. part. 2. princ. quest. 2. n. 11.
 §. 3. inst. de locat.

§. XIX.

§. XIX. Demonstrata sic inter emphyteu-
sin & Cenlum differentia, &, uter ex hisce in du-
bio sit præsumendus, insuper ostendo, ad actiones
Domino census competentes quidem esset pro-
grediendum, sed cum supra Census quoque con-
stitutivi mentio facta, simulque dictum fuerit,
istum à reservativo in quibusdam differre, idcirco
de utriusque discrimine etiam quicquid erit dicen-
dum. Apparet autem id in primis ex eo, quod re-
servativus nunquam præsumatur usurarius, secus
Constitutivus, siquidem is facilime usurariam
pravitatem incurrire potest, hinc etiam *extravag.*
Martini & Calixti sub tit. de empt. & vend. & con-
stit. quoque Pii V. quibus multa pacta constitutio-
ni census adjecta damnantur, de censibus reserva-
tivis seu fundatiis intelligenda non sunt, sed tan-
tummodo de constitutivis seu imposititiis censi-
bus. *vid. Martin. c. 7. n. 121. & 122.* Quomodo
vero alias census constitutivus à reservativo diffe-
rat, *vid. §. 2. 7. & 8.* quibus addi inter alia possunt
adhuc duo discrimina, quorum primum est, quod in
Constitutivo censi Censitus pretium, quo cen-
sus comparatus, restituere ac sic censem reluere
possit, secundum est in reservativo; Secundum, quod
Censitus in censi constitutivo domino non tenea-
tur

tur censum offerre, at in reservativo Censitus anno
 nuam pensionem suis sumtibus ad domicilium
 domini deferre cogatur. *d. Martin. c. 6. n. 393.* Sed
 cum etiam non raro dubitetur, an Dominus cen-
 sus tradiderit rem, reservato censu, an vero in re a-
 liena sibi constituerit censum, hinc quæstio lèpe
 exoritur, utrum in dubio judicandus sit reservati-
 vus, an constitutivus? Ad hanc quæstionem Pe-
 trus Binsfeld, & alii Doctores, respondent, reser-
 vatивum esse præsumendum ex eo, quod nomen
 census propria significatione in Jure Canonico de-
 notet censum reservativum, non constitutivum;
 Alii vero, inter quos est *Martini de jure censuum,*
 contrarium statuunt, concludentes, potius consti-
 tutivum in dubio esse judicandum, tum, quia cen-
 sus Constitutivus ubique locorum est frequentior,
 ut patet ex constitutione *Maximil. I. anno 1500. edi-*
ta, sub rubrica, von wucherlichen Contracten, &
ex constitutione Rudolphi II. anno 1577. edita, sub
eadem rubrica, &c. Contractus autem is præ-
 sumitur, qui frequenter secundum loci consuetu-
 dinem celebrari solet, *l. 34. ff. de R. I. tum, quoni-*
am in dubio benignius & minus præsumendum,
d. l. 34. l. 14. l. apud Julian. §. scio ff. de legat. i. atqui
Census constitutivus benignior est, tam ratione

E

con-

constitutio*nis*, non enim in constitutivo requiritur
Dominii translatio, ut in reservativo, quæ dominii
translatio est res magni momenti, quam ratione
præjudicij Censiti, nam si census est reservativus,
nulla est in censito spes relutionis, secus si constitu-
tivus, vid. d. Martini cap. 7. n. 114. & seqq. cuius
sententia merito prævalet.

§. XX. Investigandum nunc est legitimum
ratione census competens remedium, si enim inepti-
ta actio instituitur, absolvitur reus condemnatus
que actor in expensas, & insuper processus redditur
clausorius. l. eum qui temere ff. de judiciis. Ut autem
eo melius constet, quæ actiones pro censu dentur,
distinctione opus erit: Aut enim census reservati-
vus, titulo aliquo quidem est comparatus, verum
annua pensio nunquam fuit præstata, aut vero ali-
quot annos pensiones sunt soluta*e*, priori casu, si
nempe census titulo quidem comparatus, nulla au-
tem pensio præstata, Domino competit tantum
personalis actio, ex ipso contractu, quo Jus Census
reservatum, non vero realis. vid. Ludv. ad §. fin.
inst. de serv. prad. rust. Siquidem aliud est pro-
missio juris, aliud jus ipsum realiter constitutum;
promittitur enim jus per contractum, aliamve le-
gitimam intervenientem obligationem, constitui-
tur

tur autem cum usus juris præstatur adeoque quasi
possessio transfertur, nam rerum incorporalium
jura non aliter constituuntur, quam per traditio-
nem vel patientiam, quæ loco traditionis habetur.
l. i. ff. de servit. rust. l. s. ego §. i. ff. public. in rem. Et
quemadmodum equum ementi, si pretio dato e-
quis non tradatur, non reivindicatio, sed actio ex
empto personalis, conceditur, ita, si jus census titu-
lo quodam reservatum, verum nondum quasi tra-
ditum, nulla actio realis, sed personalis tantum,
ad pensionem solvendam tribuitur; Potest ca-
men hoc in casu etiam Dominus census, si sui ti-
tuli instrumentum habeat Guarentigiatum, id
judici offerre, ejusque officio implorato, instru-
menti paratam executionem petere, qua implo-
ratione facta, judex absque judicij solennitate in-
strumentum exequitur. *dict. Martin. C. ult. num:
22.* Posteriori vero casu, quando nempe ali-
quot annos pensio est soluta, postea vero Censi-
tus incipit esse morosus, aliis remediis, & quidem
realibus, Domino census succurritur, quorum
quædam sunt possessoria, quædam vero petitoria;
de possessoriis prius, deinde de petitoriis agemus;
Itaque si dominus census in quasi possessione juris
annuum censum percipiendi quodammodo tur-
etur,

betur, datur ipsi interdictum uti possidetis ad quasi
 possessionem retinendam, defendendam ac con-
 servandam, contra quemcunque turbantem;
 Quamvis enim hoc interdictum principaliter à
 prætore propter res immobiles soli vel corporales
 sit introductum, tamen utile interdictum etiam ad
 res quasi corporales, i. e. jura extenditur, & pro ju-
 rium quasi possessione retinenda tribuitur. *I. f. ff. u-*
ti posid. l. 8. §. 5. si serv. vind. Lauterbach. compend.
jur. ad tit. uti posid. p. m. 598. Deinde Domino
 Census competit interdictum unde vi, vel etiam re-
 medium *Can. Reintegranda*, quoties quasi posse-
 sione penitus privatur, eoque intendit istius amissæ
 quasi possessionis recuperationem. *Menoch. tract.*
recuper. remed. 1. n. 81. & seqq. Dicitur autem quis
 possessione spoliatus, quando alter non tam verbis
 quam violento quodam facto pensionem reculat;
 Dominus enim sic repulsus animo possessionem
 retinere nequit, *d. Martin. c. ult. 30. & seqq.* Peti-
 torum autem censualis juris remedium in actione
 confessoria potissimum consistit, quæ datur domi-
 no, qui jus census asterit, adversus censitum, &
 quoscunque alios rei possessores, qui ipsum in qua-
 si possessione sui juris impediunt, ad hunc effectum,
 ut agenti jus illud competere declaretur, eique tur-
 bans

bans cautionem, de amplius non molestando, pre-
stare cogatur; Quae confessoria directa quidem
Domino servitutis conceditur, at utilis actio etiam
omnibus rerum incorporalium, jurium e. g. Patro-
natus, decimarum, servitorum &c. possessoribus
datur, *Gail. 2. O. 66.* Lauterb. compend. jur. tit. si
servit. vind. p. m. 134. Sciendum insuper, quod
Dominus Census actionem confessoriā non tan-
tum cum interdictis recuperandæ, sed etiam reti-
neandæ possessionis commode conjungere queat,
argum. l. 6. §. 1. ff. si servit. vindic. quod alias pos-
sessori rerum corporalium non est permisum. In-
ter remedia Domino census competentia nonnulli
quoque referunt actionem hypothecariam; Ve-
rum, cum prædio Censitico nulla hypotheca vi-
deatur inesse, *Valasc. d. quasi. 32. n. 13. & 14.* Sed
census solummodo instar oneris mere realis se ha-
beat, *vid. §. 6.* Ideo necessario sequitur, posses-
sorem hypothecaria conveniri non posse; Imo
nec etiam Domino opus est ejusmodi hypothecar-
ia, cum jus centuale hypothecario jure longe for-
tius, dum non solum quilibet possessor prædii con-
fessoria actione, cessante excussionis exceptione,
convenitur, sed etiam insuper Dominus, ratione
Census nondum soluti, omnibus hypothecariis

E 3

anti-

antiquioribus, omniq[ue] c[on]tero æri alieno; præse-
rendus, *Carpz.* part. i. c. 28. defin. 54. & 55. ratio,
quia Censu[s] est onus reale rebus simpliciter inhæ-
rens, quod instar tributorum ante omnia est dedu-
cendum. *argum.* l. 15. ff. qui pot. in pign. *Lauterb.*
compend. jur. tit. deprivileg. credit. p. m. 586.

§. XXI. Sequuntur denique modi, quibus
census rursus amittitur; quod sit (1) tempore, ad
quod Censu[s] expresse constitutus, elaps[us]. *argum.*
l. fin. ff. si ager vectigal. Sive illud tempus deter-
minatum, e. g. ad 30. annos, sive sit incertum, e. g.
ad dies vitæ, nam in utroque casu transacto tem-
pore finitur Jus Censu[s]. (2.) Præscriptione, quan-
do nempe Censu[s] libertatem prædii præscribit, v.
Martin. de jure cens. c. 8. n. 145. & seqq. (3.) To-
tali rei interitu, puta, si prædium Centuale pereat
terræmotu, vel incendio, vel aquarum inundatio-
ne &c. Nam re perempta extinguitur Jus Censu[s],
arg. §. 3. inst. de usufruct. l. 1. C. de jur. emphyt. l. si
locus ff. quemadmod. servit. non etiam interitu par-
tiali, arg. d. §. 3. f. & d. l. 1. modo tamen non culpa
vel dolo Censu[s] res Censu[s] subiecta pereat, nam a-
lias Domino ad intereste tenetur. arg. l. repetiff. quis
bus mod. usufruct. am. Quodsi autem in locum
rei destruæ alia res reponatur, v. g. incendio con-
cidit

cedit domus in qua census fuit reservatus, atque in
 ejus locum alia est exstructa domus, queritur, an
 nova domus iterum censui subiecta esse incipiat?
 Quod negatur, arg. l. 83. §. 5. ff. de verb. obligat. l.
 quid tamen §. 1. ff. quib. mod. ususfr. amitt. Ratio,
 quia nova ædificia non sunt eadem cum prioribus,
 sed alia & diversa. (4.) Extinctis omnibus per-
 sonis, pro quibus Jus Census expresse fuit reser-
 vatum. (5.) Cessione, arg. §. 3. l. de ususfr. volenti
 tamen Domino facta, nam censitus invito Domi-
 no renunciare prædium censuale nequit, sicuti nec
 emphyteuta. Corbul. de jur. emphyt. c. 8. n. 4. (6.)
 Resoluto Jure Constituentis, i.e. ejus, qui res sub
 lege annui census in Censitum transtulit, arg. l. 11.
 §. 1. ff. quemadm. serv. am. l. 16. ff. quib. mod. ususfr.
 Usus amitt. l. 8. §. 2. de peric. Et comm. rei vend.
 (7.) Confusione, si Dominus Censitusve sibi in-
 vicem succedunt, vel prædium alio modo ad do-
 minum pervenerit, arg. l. 1. ff. quemadm. serv. am.
 l. 10. ff. commun. præd. Etiamsi prædium illico ite-
 rum fuerit alienatum, arg. l. 30. princ. ff. de S. P. V.
 Quodsi tamen Dominus Census revocabile tan-
 tummodo rei acquisiverit dominium, finito eo
 dominio, census est restituendus vel æstimatio
 præstanta, arg. l. 7. princ. §. 1. de fund. dotal. l. 18.
 ff. de

ff. de serv. Denique (8.) quando censuali contractui tale adjectum est pactum ne liceat censito bona censui subjecta, nisi requisito Domino, alienare, & quod alioquin caducitatem incurrere debeant, aut ejusmodi pacto certi anni solutioni census sub eodem præjudicio fuerint destinati ; Hujusmodi enim pacta esse licita, nullum plane est dubium, *Valasc. d. quest. 32. n. 31.* & plane dominus valde prudenter agit, si talibus pactionibus in censuali contractu sibi prospici curat, nam alias nec ob rerum alienationem, neque ob non solutum Canonem commisso locus est.

§. XXII. Affinia Census reservativi sunt :
 (1.) Bona locata, *die Lass-Güter, vid. tot. tit. ff. de locat.* (2.) Jus Feudale, *Ludv. vell. synops. jur. feud. c. 2. pag. 33.* (3.) Jus Superficiarium, quod est jus in superficie, solo vel ædificio alieno imposita, constitutum. *vid. Dn. Hertii dissert. de Jure Superficiario.* (4.) Jus Emphyteuticum, *de quo ad §. 17. dissimus.* (5.) Jus Censis Constitutivi, *de quo ad §. 2. 8. 9. & 19.* (6.) Jus Censuale in Gallia & Francia usitatum, quod longe differt à nostro Jure Censuali, siquidem ibi locorum in Censum solum utile dominium transferatur, in recognitionem directi vero oportet eum investituram petere ac laude-

demium solvere. *Valasc. d. quest. n. 7.* Quāvis
igitur illud jus admodum simile videatur juri em-
phyteutico, *Valasc. d. l.* In eo tamen maxime in-
de differt, quod istis in locis Censitus, canonem
per 3. annos solvere cessans, jure suo haud cadat, &
quod Censito rerum alienatio absque consentu
domini permissa. *Frantz. de laudem. c. 10. n. 58.* &
seqq. (7.) Contractus Libellarius seu libelli; In
describenda hujus contractus natura Dd. admo-
dum variant, *Valasc. quest. 35. n. 1.* & *seqq.* Ita à
nonnullis describitur: Conventio, qua scriptura
interveniente, res alicui in perpetuum utenda, sub
modica pensione in singulos annos constituta,
conceditur, hac plerumque lege, ut statu condi-
toque tempore (non etiam mutato possessore)
contractus renovetur, rursus numerato certo vel
arbitrario pretio, *Frantz. c. 11. n. 3.* *Luduv. synops.*
jur. feud. c. 2. p. 34. Alii vero, & in primis compi-
latores juris feudalium, per libellarium contractum
significare ac intelligere solent constitutionem em-
phyteuseos, *vid. d. Frantz. c. 11. num. 13.* & *seqq.*
(8.) Contractus precariæ seu precariarum. Pati-
ter valde disconveniunt Dd. in explicanda precariæ
natura, quidam enim ad negotia ecclesiastica re-
stringere videntur, ut *Frantz. c. 12. n. 3.* & *seqq.*

F

Alii

Alii generaliter in omnibus rebus immobilibus locum habere volunt, & describunt conventionem, qua ad preces alicujus res immobilis, sive gratis sive certa mercede, in perpetuum vel ad certum tempus fruenda conceditur, ea conditione, ut singulis quinquenniis renovetur, *Ludv. synops. jur. feud. c. 2. p. 36.* *Valasc. quæst. 34. n. 9.* & seqq. an autem precaria & precariæ inter se differant, *vid. Ludv. d. l. & Valasc. d. l.* Cœterum obiter hic notandum, quod tam in precariis quam libellariis bonis Dominium directum penes concedentem semper permanere soleat. *Frantz. c. 11. num. 10. d. Ludv. p. 37.* (8.) Bona Colonaria sive Majoratus; sunt bona, quæ in Saxonia Meyer-Güter appellantur, quæ videntur similia bonis libellariis, nam possessores talium bonorum singulis novem annis renovationem petere, ac ratione habita fundi, laudemia solvere debent. De quibus *vid. Saltzatal. Abschied.* §. Zum neunzehenden ic. ubi haec verba: Dass alle und jede Meyer, und ihre Erben, jederzeit nach Verfließung 9. Jahr, die Güter von neuem annehmen, und an den Orthen, da gute Aecker, und der Zins nicht zu hoch, voll jeder Hufse 1. Thaler dem Gut-Herrn ic. Hujusmodi bona videntur apud nos appellari Hufen-

sen-Güter, Landsiedler-Güter, item Erb-Lehn,
nam ratione horum bonorum apud nos quoque
statis certis temporibus renovatio est petenda, &
quidem plerumque cum præstatione laudemii.
(9.) Rütscher-Zins, talis Census antiquis tem-
poribus in Saxonia fuit in usu, nam quando Censi-
tus intra debitum tempus suam pensionem, non
persolvebat, tunc pœna loco, post moram, singu-
lis diebus progressionē Geometrica duplicabatur
census, Landrecht lib. 1. art. 54. unde sunt die Rüt-
scher-Zins, weil sic fortritschent. Atque hæc
sunt, quæ hoc argumento in præsentia differere vo-
lui. Überius quidem id tractare nobilitas ejus re-
quirere videbatur, sed ob temporis angustiam ex-
cludor, atque ita dissertationem hanc finire cogor,
Interim

DEO TER OPT. MAXIMO
SIT LAVS ET GLORIA IN SECVL
SECVLORVM,
A M E N!



F 2

COROL.

COROLLARIA.

I.

Non concubitus per se & citra consensum conjugalem, sed consensus conjugalis, non folis verbis sive de praesenti sive de futuro, sed simul copula carnali, aut facto aliquo, ex quo constet, foeminam despontatam in potestatem mariti transiisse, ut ea tanquam uxore uti possit, declaratus, nuptias seu matrimonium facit.

II. Retorsio injuriarum legitimum defendendi honoris suire remedium non est, eoque Christianus contra periculum uti non potest.

III. Liberi, ex sponsa ante copulam

¶) 41 (¶
Iam sacerdotalem carnaliter cognita
procreati, legitimi quidem sunt, sed,
si unus ex ejusmodi conjugibus post
concubitum sine liberis moriatur,
superstes conjux ei non succedit.

IV. *Renunciatio illa, qua mater*
aut avia tutelam suorum liberorum
ambientes, secundis nuptiis & Sæto
Vellejanore renunciare tenentur, nul-
lius obligationis aut utilitatis est.

V. *Fœmina ad feudum hoc teno-*
re investituræ: ut vasallus & liberi
ejus, masculi & fœminæ illud habe-
ant: Vocata, & per existentiam ma-
sculi à feudo semel exclusa, semper
manet exclusa, secus, si in casum de-
ficientium masculorum sit vocata,
tunc enim non tantum non existen-
te, sed etiam decedente masculo, cu-

F 3 jus

jus existentia excludebatur, in feudo succedit.

VI. *Consensus Parentum ad liberorum matrimonia*, nec Divino neque naturali jure præcise requiritur.

VII. *Inter fratres ac sorores nuptiæ jure naturæ non sunt prohibitæ.*

VIII. Renunciatio hæreditatis viventis sibi obventuræ Jure Romano non improbatur, nisi ea tantum, qua liberi mediante pacto cum Parentibus initio, illorum hæreditati renunciant.

IX. Venditorem aut donatorem rem venditam aut donatam præcise tradere teneri, nec præstanto interesse liberari, naturali æquitati consentaneum est, ideoque in praxi merito obtinet.

X. *Jus*

X. *Jus aggratiandi in homicidio locum non habet , nisi evidens Republicæ periculum & necessitas id cogat.*

XI. *Princeps Imperii , quamvis Appanagiatus in criminalibus nullibiforum sortitur , nisi coram solo Imperatore.*

XII. *Bona ecclesiastica in statu- um aut liberæ nobilitatis imperii ter- ritoriis sita , & post reformationem Religionis secularisata , nec feuda- lia nec mere allodialia , & in fœmi- nas transitoria sunt , sed tanquam fi- scalia ad Dominum territorialem , e- jusque in superioritate territoriali successorem , pertinent.*

XIII. *Nuda conventione aut con- tractu , citra traditionem possessio- nis*

nis, Dominium in alterum conferri non posse, merum Juris Romani commentum est.


XIV. *Testamentum* est legitimus modus bona sua in alium transferendi, juri naturæ consentaneus & gentium moribus, cum primis Romanis institutis, approbatus ; & hoc modo etiam regna & Imperia hæreditaria legitimate transferuntur.

F I N I S.





B.I.G.



DISSE⁸RATI⁸O IN AVG⁸URALIS IVRIDICA,
DE
CENS⁸ RESERVATIVO,

GERMANIS:

Von bedungenen Erbzinsen, deren Erhaltung und Ver-
lust, auch andern daben vorkommenden rechl. Fällen.

Q V A M

S V B P R A E S I D I O

DN. HERMANNI ZOLLII,
ICTI, CONSILIARII HASSIACI, AC PROF. IURIS PRIMARIL,
IN ACADEMIA HASSO - SCHAVMBVRGICA,
LONGE CELEBERRIMI,

PRO
GRAD⁸ DOCTORALI,

DIE DECEMB. ANN. MDCCV.

PUBLICAE ERVDITORVM DIS QVISITIONE
S V BIECIT

IO. CHRISTOPH. GRVSEMANNVS,
HESSENSTEINENSIS - HASSVS.



NVNC, OB MATERIAE IN PRAXI FORI FREQUENTIAM, RECUSA.

I E N A E,
PROSTAT APVD I. B. HELLERVM, 1754.

